




No. 8



Engr. on Wood by Timothy Cole 1928

45-65-10

Sept grande miniatures et toutes les initiales
peintes en or et en cabul. beaucoup de pages
sont ornées de bordures très riches.

275/1

RII Janvier

m **A** laarconacion nre: **D**

b **N** oct s. estienne

x c **N** s. genevieve

d **N** oct des innocens

xx e **N** s. symeon

vm f **N** la cyphame

g **N** s. framboich

xbi **A** id s. lucien

v **v** id s. pol

c **id** s. guillaume

xm d **id** s. sauveur

n e **id** s. satur

f **id** s. hylaire

x g kl' s. felix.

A kl' s. mox. s. bon.

xviii	b	kl'	s. marcel
vii	c	kl'	s. subrice
	d	kl'	s. bruce
xv	e	kl'	s. lomer
iiii	f	kl'	s. fabien
	g	kl'	s. agnes
xiii	kl'	s. vincent	
i	b	kl'	s. esmerance
	c	kl'	s. babile
x	d	kl'	s. pol
	e	kl'	s. polycarpe
xviii	f	kl'	s. iulien
vii	g	kl'	s. agnes
	kl'	s. paulc	
xviii	b	kl'	
iiii	c	kl'	s. metran

FEVRIER

	d	s. brigide
xi	e	la chandeleur
xix	f	s. blaise
viii	g	s. auentin
	h	s. agathe
xvi	b	s. amant
v	c	s. elene
	d	s. salmon
xiii	e	s. aubert
ii	f	s. scolalce
	g	s. desier
x	h	s. eulalie
	b	s. luacen
xviii	c	s. galeri
vii	d	s. marcel.

	e	kl'	s. uilienne
xv	f	kl'	s. domne
iiii	g	kl'	s. symeon
	A	kl'	s. susanne
xiii	b	kl'	s. eleuthere
ii	c	kl'	s. uictor
	d	kl'	s. pere
ix	e	kl'	s. polycarpe
	f	kl'	s. mathias.
xviii	g	kl'	s. uerain
vii	A	kl'	s. uemce
	b	kl'	s. homormie
xviiii	c	kl'	s. iust.

PRV Mars

m	d	s. aubm
	e	Q' s. prime
xi	f	Q' s. marm
	g	Q' s. adrian
xix	A	Q' s. saturnm
viii	b	Q' s. felice
	c	Q' s. petue
xvi	d	Id' s. potenaen
v	e	Id' s. boutoul
	f	Id' s. alexandre
xiii	g	Id' s. blanchart
ii	A	Id' s. gregone
	b	Id' s. mecedoine
x	c	kl' s. innocent
	d	kl' s. longin

xviii	e	kl'	s. edouart
xvii	f	kl'	s. patris
	g	kl'	s. offram
xvi	A	kl'	s. affradosse
xv	b	kl'	s. agapit
	c	kl'	s. benoult
xiiii	d	kl'	s. esmerance
xiii	e	kl'	s. theodore
	f	kl'	s. piguesine
xii	g	kl'	Nostrre dame.
	A	kl'	s. mondam
xi	b	kl'	s. legier
x	c	kl'	s. arnoul
	d	kl'	s. eustace
ix	e	kl'	s. rieuille
viii	f	kl'	s. albaire

7
IV April

	a	s. ualerien
xv	A	Q s. legypcienne
	b	Q s. paucaze
xix	c	Q s. bomface
viii	d	Q s. yrame
xvi	e	Q s. tymothe
v	f	Q s. machaute
	g	Q s. apolinaire
xiii	A	Q s. procor
ii	b	Q s. profert
	c	Q s. leon
x	d	Q s. marcel
	e	Q s. enfeme
xviii	f	kl s. ualerien
vii	g	kl s. prime.

	A kl	s. anaclet
xv	b kl	s. leouide
iiii	c kl	s. mapolice
	d kl	s. profert
xiii	e kl	s. uictor
ii	f kl	s. gobert
	g kl	s. dems
x	A kl	s. george
	b kl	s. anastaise
xviii	c kl	s. marc
vii	d kl	
	e kl	s. uital
xviiii	f kl	s. german
iiii	g kl	s. pere
	A kl	s. eutrope

9
RII May

xi b s. iagues. s. phe.

c **Q** s. anastaise

xix d **Q** s. croix

viii e **Q** s. quiriace

f **Q** s. fortunat

xvi g **Q** s. iehan

v **A** **Q** s. siluam

b **ID** s. beath

xiii c **ID** s. nicholas.

n d **ID** s. memer

e **ID**

x f **ID** s. paucaas

g **ID** s. boniface

xviii **A** **kl**

vii b **kl** s. ysidoure

	c	kl'	s. honore
xv	d	kl'	s. ambruse
xiii	e	kl'	s. felice
	f	kl'	s. yues
xii	g	kl'	s. uandulle
i	A	kl'	s. aubert
	b	kl'	s. emille
x	c	kl'	s. desier
	d	kl'	s. donne
xvii	e	kl'	s. vrbain
vi	f	kl'	s. augustin
	g	kl'	s. cheron
xiiii	A	kl'	s. german
iii	b	kl'	s. maxime
	c	kl'	s. felix
xvi	d	kl'	s. petronille.

RII Juung

	e		s. mcomede
xix	f	Q	s. mathurm
viii	g	Q	s. lieffatt
xvi	A	Q	s. pantalm
v	b	Q	s. boniface
	c	Q	s. pouce
xiii	d	Q	s. proces.
ii	e	Id	s. marc
	f	Id	s. felicien
x	g	Id	s. landri
	A	Id	s. barnabe
xviii	b	Id	s. basilic
vii	c	Id	s. leon.
	d	kl	s. babile
xv	e	kl	s. flour

iii	f	kl'	s. scire + s. milite
	g	kl'	s. boutoul
iiii	A	kl'	s. marie
i	b	kl'	s. geruas
	c	kl'	s. florent
ix	d	kl'	s. lieffroy
	e	kl'	s. paulm
xviii	f	kl'	Vigille
vii	g	kl'	s. iehan
	A	kl'	s. eloy
xiiii	b	kl'	s. iehan. s. pol
iii	c	kl'	s. leon
	d	kl'	Vigille
xi	e	kl'	s. pere. s. pol
	f	kl'	s. maraal

RII Juillet

xix	g	s. thibault	
viii	A	s. proces	
	b	s. apolin	
xvi	c	s. martin	
v	d	s. dominique	
	e	oct. s. pierre	
xiii	f	s. thomas	
ii	g	s. procope	
	A	s. zenon	
x	b	les. vii. freres	
	c	s. benoist	
xviii	d	s. fult	
vii	e	s. augnan	D
	f	s. landri	
xv	g	s. bertin	

iiii	A kl'	s. alexis
	b kl'	s. piath
xii	c kl'	s. ernoul
i	d kl'	s. iust
	e kl'	s. margarite
viii	f kl'	s. paucaze
	g kl'	la magdalene
xvi	A kl'	s. apolmaure
v	b kl'	s. xpistine
	c kl'	s. iaques. s. xpoftle
xiiii	d kl'	s. marcel s. amie
iiii	e kl'	les. vii. dormans
	f kl'	
x	g kl'	s. felix
xviii	A kl'	s. abdon
	b kl'	s. germam

AVL Aoust

viii	c	s. pere	
ix	d	Q'	s. estienne
x	e	Q'	s. estienne
	f	Q'	s. olonans
xii	g	Q'	s. yon
iii	A	Q'	s. fist
	b	Q'	s. donne
x	c	Id'	s. iustin
	d	Id'	Vigille
xviii	e	Id'	s. laurens
vii	f	Id'	s. coronne
	g	Id'	s. claude
xv	A	Id'	s. ypolite
iiii	b	kl'	Vigille
	c	kl'	Nostre dame.

xij d kl' **S**aint omer

i e kl' oct s. laurens

f kl' s. agapit

x g kl' s. grant

Akl'

xvii b kl' s. prue

vi c kl' s. symphorien

d kl' s. tymothe **D**igille

xiiii e kl' s. barthelomer

iii f kl' s. loys roy

g kl' s. abondin

xii **A**kl' s. george

xix b kl' s. augustin

c kl' s. iehan

viii d kl' s. fiacre

e kl' s. paulin

RLM Septembre

xvi f s. leu. s. gille.

v g N s. anthoine

A N s. godegrant

xiii b N s. marcel

ii c N s. uictorin

d N s. donacien

x e N s. clouit

f id **Nostrre dame**

xviii g id s. omer

vii A id s. demette

b id s. prothm

xiiii c id s. saire

iii d id s. uenant

e kl **s. adre**

xi f kl oct. de nre dame

i	g	kl'	s. matthurem
	A	kl'	s. lieffart
ix	b	kl'	s. pantalm
	c	kl'	s. signe
xvii	d	kl'	Vigille
vj	e	kl'	s. mattheu
	f	kl'	s. morice
xiiii	g	kl'	s. teclé
iii	A	kl'	
	b	kl'	s. fremyn
xi	c	kl'	s. opprien
xix	d	kl'	s. colme. s. dannen
	e	kl'	s. presme
viii	f	kl'	s. michel
	g	kl'	s. iherome

XVI Octobre

xv **A** s. remy

v **b** **N** s. ligier

c **N** s. victor

xiii **d** **N** s. francois

ii **e** **N** s. xpistine

f **N** s. foy

x **g** **N**

A **id** s. demetrie

xviii **b** **id** s. dems.

vii **c** **id** s. gereon

d **id** s. machaire

xv **e** **id** s. uenant

iiii **f** **id** s. curien

g **kl** s. calyete

xii **A** **kl** s. ozan

i	b	kl'	s. michel
ix	c	kl'	s. carbon
	d	kl'	s. luc
xvii	e	kl'	
vi	f	kl'	s. crapaue
	g	kl'	les. xi. uirges
xiiii	A	kl'	s. mellon
iii	b	kl'	s. graen
	c	kl'	s. magloue
xi	d	kl'	s. arspm
	e	kl'	s. amant
xix	f	kl'	Virgille
viii	g	kl'	s. symon. s. iude
	A	kl'	s. naras
xvi	b	kl'	s. lucan
v	c	kl'	Virgille

NOV Novembre

	d	la touz sans
xiii	e	Q' les mors.
ii	f	Q' s. marcel
	g	Q' s. cler
x	A	Q' s. lie
	b	Q' s. lieuard
xviii	c	Q' s. herculan
vii	d	Id' les. m. coronnes
	e	Id' s. theodore
xv	f	Id' s. tyburce
iiii	g	Id' s. martin
	A	Id' s. leon
xii	b	Id' s. bruce
i	c	kl' s. madon
	d	kl' s. feuste

ix	e	kl	s. augustin
	f	kl	s. mauduit
xviii	g	kl	s. romain
vi	A	kl	s. edmont
	b	kl	s. columban
xviii	c	kl	s. uict
ix	d	kl	s. cealle
	e	kl	s. dement
xviii	f	kl	s. gregogon
ix	g	kl	s. katherine
	A	kl	s. geneuene
xviii	b	kl	s. uital
	c	kl	s. rufin
xviii	d	kl	Digitille
v	e	kl	s. andre.

DECEMBRE

xiii	f	s. eloy
ii	g	s. flau
	h	s. claudien
x	b	s. barbe
	c	
xviii	d	s. nicholas.
vii	e	s. faure
	f	Me dame
xv	g	s. cyrien
iiii	h	s. eulalie
	b	s. fusaen
xii	c	s. ualenen
i	d	s. lucien
	e	kl s. mchaufe
ix	f	kl s. maxime

	g	kl'	s. barbe
xviii	A	kl'	s. ladre
vi	b	kl'	s. flamen
	c	kl'	s. seuerin
xiiii	d	kl'	s. emille
iii	e	kl'	s. thomas.
	f	kl'	s. uictor
xi	g	kl'	s. bertin
ix	A	kl'	Digitale
	b	kl'	le iour de noel
viii	c	kl'	s. estienne
	d	kl'	s. iehan
xvi	e	kl'	les innocens
v	f	kl'	s. thomas.
	g	kl'	s. perpetue
xiii	A	kl'	s. siluestre.



In principio erat uerbum
et uerbum erat apud deum
et deus erat uerbum. hoc



erat in principio apud deum omnia
per ipsum facta sunt et sine ipso
factum est nichil. Quod factum
est in ipso uita erat et uita erat lux
hominum et lux in tenebris lucet
et tenebre eam non comprehenderunt
fuit homo missus a deo cui nomen
erat iohannes. Hic uenit in testi
monium ut testimonium perhiberet
de lumine ut omnes crederent per illum.
Non erat ille lux sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Erat lux uera
que illuminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum.

27
In mundo erat et mundus per ipm
factus est et mundus eum non cog
nouit. In propria uenit et sui eum
non receperunt. Quotquot autem
receperunt eum dedit eis potestatem
filios dei fieri. Ihs qui crediuit in
nomine eius qui no ex sanguinibz
neq; ex uoluntate carnis neq; ex
uoluntate uiri sed ex deo nati sunt
et uerbum caro factu est et habita
uit in nobis et uidimus gloriam
eius gloriam quasi unigeniti a
patre plenum gratie et ueritatis
Deo gratias. *Secundum lucam.*

In illo tempore: Missus est ange-
lus gabriel a deo in ciuitatem ga-
lilee cui nomen nazareth ad uirginem
desponsatam uiro cui nomen erat
ioseph de domo dauid: et nomen uir-
ginis maria. Et ingressus angelus
ad eam dixit. Ave gracia plena dñs
tecum benedicta tu in mulieribus.
Que cum audisset turbata est in
sermone eius: et cogitabat qualis
esset ista salutatio. Et ait angelus
ei. Ne timeas maria inuenisti gra-
ciam apud dñm. ecce uirgo concipies
in utero et paries filium: et uocabis

nomine eius ihesum. Hic erit mag-
nus et filius altissimi uocabitur et
dabit illi dominus deus sedem dauid
patris eius et regnabit in domo iacob
in eternum: et regnum eius non erit
finitum. Dixit autem maria ad ange-
lum. Quomodo fiet istud quoniam uirum
non cognosco. Et respondens angelus
dixit ei. Spiritus sanctus superueniet
in te et uirtus altissimi obumbrabit
tibi. Ideoque et quod nascetur ex te
sanctum uocabitur filius dei. Et ecce elyza-
beth cognata tua et tuae conceptit filium
in senectute sua. Et hic mensis est

sexus illi que vocatur sterilis: quia
non erit impossibile apud deum omne
verbum. Dixit autem maria. Ecce
ancilla domini. fiat michi secundum
verbum tuum. Deo gratias. *Secundum matheum*

Quoniam natus esset ihesus in
bethleem iude in diebus
herodis regis. Ecce magi ab oriente
venerunt iherosolimam dicentes:
Ubi est qui natus est rex iudeorum?
Vidimus enim stellam eius in ori
ente et uenimus adorare eum. Audies
autem herodes rex turbatus est. et omnis
iherosolima cum illo. Et congregans

omnes principes sacerdotum et scribas
 populi scitabatur ab eis ubi xp̄us
 nasceretur. At illi dixerunt ei. In beth
 leem iude. sic enim scriptum est per
 propheta. Et tu bethleem terra iuda
 nequaquam minima es in principi
 bus iuda. ex te enim exiet dux qui
 regat populum meum israel. Tunc
 herodes clam uocatis magis diligent
 didicit ab eis. tempus stelle que ap
 paruit eis. Et mittens eos i bethlee
 dixit. Itz et interrogate diligenter
 de puero. et cum inueneritis renu
 ciate michi ut et ego ueniens adore

eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. et aptis thesauris suis obtulerunt ei munera. Aurum. thuris. et mirram. Et responso accepto in sompniis ne redirent ad herodem: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Deo gratias. *Secundum marcam.* ●

In illo tempore. Recumbentibus
 undecim discipulis apparuit
 illis ihesus et exprobrauit incredulitate
 illorum et duriciam cordis. Quia
 hi qui uiderant eum resurrexisse
 a mortuis non crediderant. Et dixit
 eis. Euntes in mundum uniuersum
 predicate euangelium omni creature.
 Qui crediderit et baptizatus fuerit
 saluus erit. Qui uero non crediderit
 condemnabitur. Signa autem eos
 qui crediderint hec sequentur. In noie
 meo demonia eiciant. Linguis loque
 tur nouis serpentes tollent. Et si

mortiferum quod biberint non eis
nocebit. Sup egris manus iponent
et bene habebunt. Et dñs quidē ihñs
postqm locutus est eis assumptus
est in celum et sedet a dextris dei.
Illi autem profecti predicauerunt
ubiq; dño coopante: et sermonem
confirmante sequentibus signis

Deo grās. **A** Te invocamus. Te adoramus

Te laudamus. Te glorificamus. **O** beata
trinitas. **V** Sit nomen dñi benedictum **R**

Ex hoc nunc et usq; in seculum. **ORATIO**

Director in te sperantium
deus sine quo nichil est ua

ludum nichil sanctum multiplica
super nos misericordiam tuam ut te rectore
te duce sic transcamus per bona
temporalia ut non amittamus
eterna. **Deus**



Benedicite dominica sc̄a
maria mater dei pie
tate plenissima sum

regis filia mater gloriosissima mater
 orphanorum consolatio desolatorum
 uia errantium. salus in te sperantium
 uirgo ante partum uirgo in partu et
 uirgo post partum. fons misericordie fons sa-
 lutis fons gratie fons pietatis et leticie.
 fons consolationis et indulgentie.
 Rogo te per illam sanctam ineffabilem
 leticiam qua exultauit spiritus tuus
 in illa hora quando tibi per gabrielem
 archangelum annuntiatus et con-
 ceptus filius dei fuit. Et per illud di-
 uinum misterium quod tunc operatus
 est in te spiritus sanctus. Et per illam

sanctam ineffabilem leticiam pie
tatem gratiam amorem et hūi
litem per quas filius tuus dñs nr̄
ihesus xp̄s descendit accipere hu
manam carnem in venerabilissio
utero tuo. Et in quibus te respexit
quando te comendavit sc̄o ioh̄i
apostolo et euuangeliste. Et quādo
te exaltauit sup̄ choros angelorū.
Et per illam sc̄am ineffabilem hūi
litem in qua tu respondisti archā
gelo gabrieli dicens. Ecce ancilla
dñi fiat michi secundum uerbum
tuum. Et per illa sanctissima qui

decem gaudia que habuisti de filio tuo
 domino nostro ihesu xpo. Et p illa
 sanctam maxima compassionem
 et acerbissimu cordis dolorem que
 habuisti quu uidisti dnm nostrum
 ihesum xpm ante crucē nudatum
 et in ipa leuatum uidisti pendente
 crucifixum uulneratu sciencem
 fel apponi clamantem audisti et
 moriente uidisti. Et p quinq; uul
 nera filii tui. Et p contractionem
 uiscerum suoz pre immo dolore uul
 nerum. Et p dolore quem habuisti
 quando uidisti eum uulnerari. Et

per fontes sanguinis sui. Et per omnem
dolorum cordis tui. Et per fontes la
crimarum tuarum. Et per omnem
passionem eius. **U**t cum omnibus
sanctis et electis dei veni et festina
In auxilium et consilium meum.
In omnibus orationibus et requestis
meis. In omnibus angustis et nec
cessitatibus meis. In omnibus illis
rebus in quibus ego sum facturus
locuturus aut cogitaturus omnibus
diebus ac noctibus horis atque mo
mentis vite mee. Et michi famu
lo tuo impetres ad dilecto filio tuo

complementum omni misericordia et conso-
 latione omni consilio omni auxilio et
 adiutorio omni benedictione et sancti-
 ficatione omni saluatione pace et prof-
 peritate omni gaudio et alacritate. Et
 am habundantiam omnium bonorum
 spiritualium et corporalium michi tri-
 buat. Et gratiam sancti spiritus qui me bene
 per omnia disponat auam meam custo-
 diat corpus meum regat mentes eri-
 gat cursum dirigat sensum regat mo-
 res componat actus probet. uota et
 desideria mea perficiat. Cogitationes
 sanctas instituat preterita mala

indulgeat presenciam emendet futura
moderetur. Vitam honestam et ho-
norabilem michi tribuat. Dona
spem caritate castitatem fidem hu-
militate et pacenciam. Et quinq;
sensus corporis mei regat et prote-
gat. Septem opa mie complere
me faciat. Duodecim articulos et
decem precepta legis firmiter tene-
re et credere me faciat. Et a septē
peccatis criminalibus me liberet
et defendat usq; in finem. Et in
novissimis dieb; meis ostende mi
beatam faciem tuam. Et tunc

annuncies michi diem et horam
obitus mei. Et hanc oronem sup
plicem exaudias et suscipias et
uitam eternam michi tribuas. Au
di et exaudi me o dulcissima uirgo
maria mater dei et mie Amen.



Ontemerata et met
nim benedicta sin
gularis atq; incom
parabilis uirgo dei genitrix maria
gratissimu dei templu spu s ca sa
crarium regina celoꝝ. Per quam
post deum totus uiuit orbis terraz.
de te em dei filius uerus et omps

deus suam sciam atq; gratissimam
fecit matrem. Assumens de te illam
sacratissimam carnem p qua mundus
qui pditus erat saluatus est. Cuius
preciosissimo sanguine ipse mundus
redemptus est. Et nra peccata remis-
sa sunt. Formans eam in pccosissimo
utero tuo de pccosissimo sanguine
tuo. Vivens eam eterne et i comu-
tabili diuinitati sue a quo bona
cuncta procedunt p quem omnia
facta sunt. quem adoro qui sacra-
tissimam carne cu preciosissimo san-
guine suo dat cotidie cunctis fidelibz

suus sub forma panis et vini in cybu
 uatium in refectioe aiaz saluta
 rem et uitalem. Que qui digne
 manducauerit habebit uitam
 eternam. qui autē indigne iudica
 um sibi manducat et bibit. sicut
 pluries feci. Mea culpa mea culpa.
 mea grauissima culpa. Qui non
 manducat nō habet uitā eterna.
 ¶ Propterea merito dicimus quia
 pte post deum totus uiuit orbis ter
 rarium. ¶ Per hanc fidē te deprecor dei
 genitrix uirgo semper maria in
 clina aures tue pietatis idignisti

mis supplicationibus meis et esto
michi misericordissimo peccatori semper
propicia et in omnibus auxiliatrix.
Rogans pro me apud fontem pietatis
et meae creatorem et redemptorem
nrem ihum xpistum filium tuum uerum
deum omnipotentem. A quo bona
omnita procedunt per quem omnia
facta sunt. qui non uult mortem
peccatoris sed magis ut conuertatur
et uiuat. Cui proprium est misereri
semper et parcere ut ipse per ineffa-
bilem mercedem suam precibus et me-
ritis tuis absoluat me a peccatis

meis per que ei displicui tribuens
 michi uerā humilitatē et ueram
 mansuetudinem et obediendi gratiam
 fidei spei et caritatis augmentum
 cum perseuerentia custodiens me a
 residuo peccati et a temptacionibus
 et machinationibus demonū mūdi
 et carnis. Ita ut nō amplius seruā
 demonibus quibus seruui ī multitu
 dine scelez. Videlicet in supbia. xana
 glia cupiditate. Inuidia. Ira. Luxu
 ria. Accidia. gula et negligencijs ī
 finitis et alijs peccatis multis quibus
 peccavi et alios peccare feci. **A**lea

culpa mea culpa mea gravissima cul
pa. **I**ns peccatis peridi regnum
celorum et societatem electorum et to
ciens offendi filium dei quociens leti
ficavi demones pessimos et merui
eterna supplicia. **T**ociens mea culpa
mea culpa mea maxima culpa. **I**deo
deprecor te dei genitrix et perpetua vir
go maria ut impetres michi indul
gentiam istorum peccatorum et aliorum
quorumcumque scilicet ab ipso filio tuo. **A**quo
bona cuncta procedunt propter que omnia
facta sunt. **Q**ui etiam illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.


fac ut ipse illummet mentē meam
 lumine gracie sue. Inflāmet q̄ eā
 igni suauissimi atq; sanctissimi amo-
 ris sui. Et faciet me se ipm̄ cū p̄re et
 spū scō vnū solū deum adorare in
 spū et ueritate. Se ipm̄ sup omnia
 diligere et timere et eidem firmiter
 adherere et obedire sua mandata cus-
 todire peccata uitare suam sanctam
 passionē et pacienciā imitari. bonis
 opibus habundare prospera mūdi
 despiciere et nulla eius aduersa for-
 midare. Et talem penitentiā in hac
 uita pro cunctis scelerib; et peccatis


meis agere que eis meritis et p̄abus
tuis beneplacitis sit et grata ita ut
partat michi in alia uita. concedens
michi misericorditer cum omnibus
sanctis et electis suis uitam et requi
em sempiternam. Amen.

O Seigneur Dieu

pabus
ca ut
ccru
mbus
t requ









Domine labia mea
 aperies
Et os meum an



incipiabit laudem tuam

Deus in adiutorium meum
intende

Domine ad adiuuandum
me festina

Gloria patri et filio et Spiritui
sancto

Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum
amen. Alleluia. *Inuitatorium*

Aue maria gratia plena dominus tecum. *ps*
Tempe exultemus domino in
ubilemus deo salutaris nostro
precipemus faciem eius in con

fessione et in psalmis iubilemus
ei. Ave maria gracia plena dñs tecum.

Quoniam deus magnus dñs et
rex magnus sup om̄s deos quom̄a
non repellat dñs plebem suā quia
in manu eius sunt omnes fines
terre et altitudines montium ip̄e
conspicit. Dominus tecum

Quoniam ip̄ius est mare et ip̄e
fecit illud et aridam fundaverunt
manus eius venite adoremus et
procedamus ante deum ploremus
coram dño qui fecit nos quia ip̄e
est dñs deus noster nos autem

populus eius et omnes pasce eius.

Aue maria gracia plena dominus tecum.

Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbacione secundum diem temptacionis in deserto ubi temptauerunt me patres uestri probauerunt et uiderunt opera mea. Dominus est.

Quadragesima annis proximis fui generacioni huic et dixi semper In erant corde ipsi uero non cognouerunt uias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem mea.

Aue maria gracia plena dominus tecum.

Gloria patri et filio et spiritui scō
sicut erat. Dñs tecū. Ave maria. **h**

Quem terra pontus ethera
colunt adorant predicant
trinam regentem machinam clau
strum mare baulat

Qua luna sol et omnia deseruunt
per tempora perfusa celi gracia gestat
puelle viscera

Beata mater munere cuius su
pernis artifex mundum pugillo
continens uentris sub archa clau
sus est

Beata celi nuncio fecunda scō

Spiritu desideratus gentibus cuius
per alium filius est.

Maria mater gratie mater mi
sericordie tu nos ab hoste protege
et hora mortis suscipe.

Gloria tibi dñe qui natus es de
uirgine cum patre sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen. *a.*

Dignare me. *Psalmus dñi.*

Domine dñs noster: q̄ ad
mirabile est nomē tuū
in vniuersa terra.

Quoniam elevata est magni
ficentia tua super celos.

Ex ore infancium et lactencium
pfeasti laudem propter inimicos tuos
ut destruas inimicu et ultorem.

Quoniam uidebo celos tuos opera digi-
torum tuorum lunam et stellas
quod tu fundasti.

Quid est homo quod memor es
eius aut filius hominis quoniam
uisitasti eum.

Munisti eum paulominus ab
angelis gloria et honore coronasti
eum et constituisti eum super opa
manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus

eius oues et boues vniuersas in super
et pectora campi

Toluares celi et pisces maris qui
per ambulat semitas maris

Dne dominus noster q̄ admi-
bile est nomen tuum in vniuersa terra.

Celi enarrant gloriam dei:
et opera manuum eius an-
nuntiat firmamentum

Dies diei enuntiat uerbum et nox
nocti indicat scientiam

Non sunt loquellæ neq; sermo-
nes quorum non audiantur uo-
ces eorum

In omnem terram exiit sonus
eorum et in fines orbis terre uerba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum
et ipse tanquam sponsus procedens
de thalamo suo.

Exultauit ut gigas ad currenda
uiam a summo celo egressio eius.

Et occursum eius usque ad summum
eius nec est qui se abscondat a calore eius.

Rex domini nimaculata conuertens
animas testimonium domini fidele sapientiam
prestans paruulis.

Iusticie domini recte letificantes corda
preceptum domini lucidum illuminans.

oculos

Timor domini sanctus permanet
in seculum seculi iudicia domini vera
iustificata in semet ipsa

Desiderabilia super aurum et la-
pidem preciosum multum et dul-
ciora super mel et favum

Et enim servus tuus custodit
ea in custodiendis illis retributio
multa

Delicta quibus intelligit ab oculis
meis munda me domine et ab alie-
nis parte servo tuo

Si mei non fuerint dominati tunc

65
immaculatus ero et emundabor
a delicto maximo.

Et erunt ut complacent elo
quia oris mei et meditatio cordis
mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus et re
demptor meus. *Psalmus DV.*

Quoniam est terra et plenitudo
eius orbis terrarum et un
uersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria funda
uit eum et super flumina prepara
uit eum.

Quis ascendet in montem domini:

erit quis stabit in loco sancto eius.

Immocens in ambibus et in mundo corde qui non accepit in uano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a dno et misericordiam a deo salutari suo.

Hec est generatio querentium eum in querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes uestras et eleuamini porte eternaes et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie dñs fortis et potens dñs potens in prelio.

Actollite portas principes uestras
et clemamini porte eternales et in
trouibit rex glorie

Quis est iste rex glorie dñs uirtu
tium ipse est rex glorie. *antiphona*

Dignare me laudare te uirgo sacra da michi
uirtutem contra hostes tuos. *V* Diffusa est
gracia in labijs tuis. *R* Propterea benedixit
te deus in eternum. *Pater nr.* Et ne nos
Sed libera. *I*ube donec benedicere. *D*et nobis
dñs de benedictione sua salute et pace. *Ame.*

Quæritur in uita gratiarum et
laudum precomia impendere: que

Singulari tuo assensu mūdo succur-
risti p̄dito. **Q**uas tibi laudes fragi-
litas humani generis p̄soluat: que
solo tuo commercio recuperandi
additum inuenit. **A**ccipe itaq; qual-
cumq; exules: et quascumq; me-
ritis tuis impares gr̄arū actiones.
Et cum susceperis uota culpas nr̄as
orando excusa. **T**u autem dñe mi-
serere nostri. **D**eo gratias. **R**
Beata es uirgo maria dei genitrix que
credidisti dño p̄fecta sunt in te q̄ dicta sūt
tibi ad dño. **E**cce exaltata es sup choros
angelorum intercede pro nobis ad dñm

69
ihesum xpistum. **V** Ave maria gracia
plena dñs tecum. Ecce exaltata. Jube donec
benedicere. Splendor lucis eterne illuminet
nos sine fine. Amen. **Lectio secunda**

Admitte piissima dei geni-
trix preces nostras in tra-
sacrarum exaudiacionis: et reporta
nobis antidotum reconciliacionis.
Sit per te excusabile quod per te in-
gerimus: fiat impetrabile quod fi-
da mente poscimus. Accipe quod of-
ferimus redona quod rogamus ex-
cusa quod timemus. Tu autem
dñe miserere nostri. Deo grās. **R.**

Cum iocunditate memoriam beate marie
celebremus. Ut ipsa pro nobis intercedat ad
dominum ihesum christum. **V.** Post partum virgo
innocens dei genitrix intercede pro
nobis. Ut ipsa. Jube domine benedicere. Ad
gaudia paradisi producat nos in nomine ihesu christi. **A.**

Sancta maria succurre misere
ris inuicem pusillanimes re
fuge flebiles ora pro populo in terue
ni pro clero intercede pro deuoto femi
neo sexu. Senescant omnes tuum le
uamen: quicumque celebrant tuam
commemoracionem. Assiste paratim
uotis postulantium: et repende nobis om

71
mbus optatum effectum. Sit tibi stu-
dium assidue exorare pro populo dei
que meruisti uirgo benedicta prece-
um ferre mundi. Tu autem dñe mi-
serere nostri. Deo gratias. *Rz.*

ffelix namq; es sacra uirgo maria et omni
laude dignissima quia ex te ortus est sol iusti-
tie xp̄ns deus noster. *V.* Ora pro populo inter-
ueni pro clero intercede pro deuoto femineo
sexu sentiant om̄s tuū leuamen quauisq;
celebrant tuam commemorationē. Quia
ex te. Gloria x̄i. Quia ex te. *ffelix.*

Te deum laudamus te domi-
num confitemur.

Te eternum patrem omnis ter-
ra ueneratur

Tibi omnes angeli tibi celi et uni-
uerse potestates.

Tibi cherubim et seraphim in-
cessabili uoce pro clamant

Sanctus

Sanctus

Sanctus

Dominus deus sabaoth

Pleni sunt celi et terra maesta-
tis glorie tue

Te gloriosus apostolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus

73
Te martirum candidatus lau-
dat exheratus

Te per orbem terrarum sancta
confitetur ecclesia

Patrem in mente maiestatis.

Venerandum tuum uerum et
unicum filium

Sanctū quoque pacatum spm̄

Qui rex glorie xp̄iste

Qui p̄is sempiternus et filius

Qui ad liberandum suscepturus
hominē nō horruisti uirgīs uterū.

Qui deuicto mortis aculeo ap̄uisti
credentibus regna celorum

Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris
Iudex ardens esse uenturus.

Re ergo quesumus famulis tuis
subueni quos precioso sanguine re-
demisti

Eterna fac cum sanctis tuis
in gloria numerari

Saluum fac populum tuum domine
et benedic hereditati tue

Et rege eos et extolle illos usque
in eternum

Per singulos dies benedicimus te
Et laudamus nomen tuum in
seculum et in seculum seculi



Dignare dñe die isto sine peccato nos custodire.

Miserere nostri dñe miserere nri.

Hat mña tua dñe sup nos: qñ ad modum speravimus in te.

In te dñe speravi non confundar in eternum. **V** Spere tua et pulcritudine tua

R Intende prospere procede et regna.

Deus mediatorum meum intende.

Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria patri et filio. **antiphona**

Post partum. Psalmus D.



Dominus regnavit decorem
inductus est inductus est
dn̄s fortitudinē et precepsit se.

Et enim firmavit orbem terre
qui non commovebitur.

Parata sedes tua deus extunc
a seculo tu es.

Elevaverunt flumina dn̄e ele
vaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus
suos a vocibus aquarū multarum.

Mirabiles elaciones maris mi
rabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta

sunt in inis domū tuam decet sātu
do dñe in longitudine dierum. ps

Tribulate deo omīs terra seruite
domino in leticia.

Introite in conspectu eius in ex
ultatione.

Satote qm̄ dñs ipse est deus ip̄
fecit nos et non ipsi nos.

Populus eius et oves pascue
eius introite portas eius in confessio
ne atria eius in hymnis confite
mini illi.

Laudate nomen eius qm̄ suavis
est dñs in eternum m̄ia eius et usq̄

in generatione et generationem
meritas eius. *Psalmus David*

Deus deus meus ad te de lu
ce iugulo

Sicut in te anima mea quam
multipliciter tibi caro mea

In terra deserta in uia et in aquo
sa sic in sancto apparui tibi ut uiderem
uirtutem tuam et gloriam tuam.

Quia melior est misericordia tua super uitas
labia mea laudabunt te

Sic benedicam te in uita mea et
in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine re

79
pleatur anima mea et labijs exulta
tione laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratum
meum in matutinis meditabor in te
quia fuisti adiutor meus.

Et in uelamento alarum tuarum
exultabo adhesit anima mea post
te me suscepit dextera tua.

Ipsi uero in vanum quesierunt
animam meam in tribuunt in inferiora
terre tradentur in manus gladii
partes uulpum erunt.

Rex uero letabitur in deo lauda
buntur omnes qui uiuant in eo quia

obstructum est os loquētiū iniqua

Deus misereatur nostri et
benedicat nobis illuminet
uultum suum sup nos et miserea
tur nostri.

Ut cognoscamus in terra uiam
tuam in omnibus gentibus salu
tare tuum.

Confiteantur tibi populi deus
confiteantur tibi populi omnes.

Retentur et exultent gentes:
qm̄ iudicas populos in equitate et
gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus.

confiteantur tibi populi om̄s terra
dedit fructum suum

Benedicat nos deus deus noster
benedicat nos deus et metuant eum
omnes fines terre. *Psalmus 135.*

Benedicite omnia opera dñi
domino laudate et sup exal
tate eum in secula.

Benedicite angeli dñi dño: bene
dicite celi domino.

Benedicite aque om̄s que super
celos sunt dño: benedicite omnes
virtutes domini dño

Benedicite sol et luna dño: bñd

Stelle celi domino.

Benedicite ymber et ros dño: be-
nedicite omnis spūs dei domino.

Benedicite ignis et estus dño:
benedicite frigus et estas domino.

Benedicite rores et pruina dño
benedicite gelu et frigus domino.

Benedicite glacies et niues dño:
benedicite noctes et dies domino.

Benedicite lux et tenebre dño:
benedicite fulgura et nubes dño.

Benedicat terra dñm: laudet et
sup exaltet eum in secula.

Benedicite montes et colles dño:

83
benedicite vniuersa germinantia
in terra domino.

Benedicite fontes dño: benedicite
maria et flumina domino.

Benedicite cete et omnia que mo-
uentur in aquis dño: bñd omnes
uolucres celi domino.

Benedicite omnis bestie et pecora
dño: bñd filij hominũ dño.

Benedicat israel dñm laudet et
supexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes dñi dño
benedicite serui dñi dño.

Benedicite spūs et anime iustoz

dn̄o b̄no sancti et h̄m̄iles corde dn̄o.

Benedicite anama azaria in
cael̄ domino laudate et sup̄ exal-
tate eum in secula.

Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu laudemus et
super exaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firma-
mento caeli laudabilis et gloriosus
et super exaltatus in secula. Amē.

Laudate dn̄m de caelis: lau-
date eum in excelsis.

Laudate eum om̄s angeli eius
laudate eum omnes uirtutes eius.

85
Laudate eum sol et luna laudate
eum stelle et lumen

Laudate eum celi celorum et aque
que super celos sunt laudent nomen
domini

Quia ipse dixit et facta sunt ipse
mandavit et creata sunt

Statuit ea in eternum et in seculum
seculi preceptum posuit et non
preteribit

Laudate dominum de terra dracones
et omnes abyssi

Regnis grando nix glacies spiritus
procellarum que faciunt verbum eius.

Montes et omnes colles ligna fruc
tiferi et omnes cedri.

Bestie et vniuersa procora serpen
tes et uolucres pennate.

Reges terre et omnes populi pri
ncipes et omnes iudices terre.

Iuuenes et uirgines senes cu
iunioribus laudent nomen dñi quia
exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius sup celum et ter
ram et exaltauit cornu ppli sui.

Hymnus omnibus sanctis eius
filiis israel populo appropinquan
ti sibi. **Canticum**

Qantate domino canticū
nouum laus eius in
ecclesia sanctorum.

Retetur israel in eo qui fecit
eum et filie syon exultent in rege
suo.

Laudent nomen eius in choro
in tympano et psalterio psallāt
ei.

Quia beneplacatum est dno
in populo suo: et exaltauit mā
suetos in salutem.

Exultabunt scī in glia: le
tabuntur in aribilibus suis.

Scultationes dei in gutture eorum
et gladii accipites in manibus eorum

Ad faciendam vindictam in
nationibus in crepationes in populis

Ad alligandos reges eorum in co-
pedibus et nobiles eorum in ma-
nas ferreis.

Ut facient meis iudicium cum
scriptum gloria haec est omnibus
sanctis eius. *Canticum.*

Laudate dominum in sanctis eius.
Laudate eum in firma-
mento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus

89
eius: laudate eum scdm multitudi-
nem magnitudinis eius. **¶**

Laudate eum in sono tube:
laudate eum in psalterio et cythara


Laudate eum in tympano et
choro laudate eum in cordis & organo

Laudate eum in cymbalis
benesonantibus laudate eum in
cymbalis iubilacionis omnis
spūs laudet dnm. **antiphona.**

Post partum uirgo inuiolata permansisti dei
genitrici in tercede pro nobis. **Capitulum**


Beata es uirgo maria que
dnm portasti creatorem

mundi genuisti qui te fecit et me
ternum permanes uirgo. Deo g.

O gloriosa domina excelsa
supra sydera qui te creant
pro uide lactasti sacro ubere. 

Quod eua tristis abstulit tu
reddis alno gerimine intrent ut
astra flebiles celi fenestra fra es.

Tu regis alti ianua et porta
lucis fulgida uitam datam per
uirginem gentes redepte plaudite.

Maria mater gratie mater mi
sericordie tu nos ab hoste protege
et hora mortis suscipe. 

91
Gloria tibi domine qui natus
es de uirgine cum patre sancto
spiritu in sempiterna secula. Amen.

V. Elegit eam deus et precelegit eam. **R.**

Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

A. Dei genitrix. **Psalmus 113.**

Benedictus dn̄s deus isrl̄
quia uisitauit et fecit
redemptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis
in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum
qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris.

et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris et memorari testamenti sui sancti.

In iurandum quod iuravit ad abraham patrem nostrum daturum se nobis.

Et sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: servamus illi.

In sanctitate et iusticia coram ipso omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis patribus enim ante te

faciem domini parare vias eius.

Adandam scienciam salutis plebi eius in remissionem peccatorum

Per viscera misericordie dei nostri iniquibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare hijs qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

A Dei genitrix uirgo semper maria intercede pro nobis ad dominum deprecamur

Dne exaudi oronem. Et clamor meus.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere

et de eius semper consolacōe gaudere.

Deus qui de beate marie uir-
ginis utero uerbum tuū
angelo nunciante carnem suscipe
uoluisti presta supplicibus tuis ut
qui uere eam dei genitricem credi-
mus eius apud te intercessionibz
adiuuemur. *Oratio*

Ecclēsiā tuā quęsum
dñe benignis illustra ut
beati iohannis apostoli tui et eu-
uangeliste illuminata doctrinis
ad dona perueniat sempiterna
Oratio - Ad primam

Deus in adiutorium
meum intende

Domine ad adiuua
dum me festina

Gloria patri. Alleluia. *h^o*

Quem creator spiritus me
tes tuorum visita imple
superna gra que tu creasti pectora.

Memento salutis auctoꝝ q̄
nostri quondam corporis ex illiba
ta uirgine nascendo forma supseris.

Maria mater gracie mater nre
tu nos ab hoste protege et hora
mortis suscipe

Gloria tibi domine qui natus
es de uirgine cum patre sancto spū
in sempiterna secula. amen. *ant*

Admirabile. Psalmus dauid.

Beatus uir qui non abiit
in consilio impiorum et
in uia peccatorum non stetit et in
cathedra pestilencie non sedit.

Sed in lege domini uoluntas
eius et in lege eius meditabitur
die ac nocte.

Et erit tanquam lignū quod
plantatum est secus decursus aqua
rum quod fructum suum dabit

in tempore suo.

Et folum eius non defluet
et omnia quecumq; faciet semp
prosperabuntur.

Non sic impij nō sit s; tanq̃
pulus q̃ proiat uetus a facie t̃re

Ideo non resurgunt impij in iu
dicio neq; p̃tores i consilio iustorū.

Qui nouit dñs uia iustorum:
et iter impiorum peribit. *Ps.*

Quare fremuerunt gentes
et ppli meditati sūt i ania

Astiterunt reges terre et principes
cōuenerunt in b̃m̃m adū sus dñm

et aduersus christum eius.

Dirumpamus vincula eorum
et proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in celis iridebit eos
et dominus subsanabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua
et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex
ab eo super sion montem sanctum eius pre
dicans preceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es
tu ego hodie genui te.

Postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam et possessionem

terram terminos terre

Reges eos in iurga ferrea et tãcõ
uas figuli confringes eos

Et nunc reges intelligite erudi
mum qui iudicatis terram

Seruite domino in timore: et
exultate ei cum tremore

Apprehendite disciplinam ne
quando irascatur dominus et pe
reatis de ira iusta

Quõ exaruerit in breui ira eius bea
ti omnes qui confidunt in eo. *Ps*

Verba mea auribus pape dñe
intellige clamorẽ meum.

Intende uocem orationis mee:
rex meus et deus meus

Quoniam ad te orabo domine mane ex
audies uocem meam

Mane astabo tibi et uidebo quoniam
non deus uolens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit iuxta te mali
gnus neq; permanebunt iniusti
ante oculos tuos.

Confitebor tibi domine omnes qui operantur in
iniquitatem perdes omnes qui lo
cuntur mendacium.

Verum sanguinum et dolosum
abhominabitur dominus ego autem

101
in multitudine misericordie tue

Intrabo in domum tuam adora-
bo ad templum sanctum tuum
in timore tuo.

Dne deduc me in iusticia tua
propter inimicos meos dirige in
conspectu tuo viam meam.

Qui non est in ore eorum veri-
tas cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est gutt-
us eorum lingua sua dolose agebat
iudica illos deus.

Cecidant a cogitationibus suis
secundum multitudinem impietatum

eorum expelle eos quoniam irritaverunt te domine

Et letentur omnes qui sperant in te in eternum exultabunt et habitabis in eis


Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto

Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. *antiphona.*

Dadmirabile commercium creator generis humani animatum corpus sumens de virgine nasci dignatus est et procedens homo sine seipso largitus est nobis suam deitatem *cap*

Qui gloriatur in domino
glorietur non enim qui se
ipsum commendat ille probatus
est sed quod deus commendat. **Deo gratias**

Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** **Oratio**
propterea benedixit te deus in eternum. **Diffusa**
Gloria patris. **Diffusa.** **V.** **Spe**cie tua et pul
chritudine tua. **R.** **Intende** prospere procede
et regna. **Domine** exaudi. **Et clamor.** **oratio**

Sancti spiritus quesumus
domine corda nostra mundet
infulsio et sui rosis intima asperlio
ne fecundet. **Per** christum dominum
nostrum **Amen.** **Alia oratio** 



Aduulorum tuorum q̄s
domine delictis ignosce

ut qui tibi placere de actibus nr̄is
nō ualemus gemtrici filij tui do
mini dei nostri intercessione sal
uemur. **Oratio** **Alia oratio**

Eccliam tuam ut s̄. **Ad m̄**

Deus aduulorum
meum intende.

Dne ad adiuua
dum me festina

Gloria p̄ri. Alleluia. **Ps.**

Quem creator sp̄s mentes.

A. **Q**uando natus. **Psalmus**

Ad dominum cum tribula
re clamavi et exaudivit me.

Dne libera animam meam a labijs
iniquis et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid appo
natur tibi ad linguam dolosam.

Sagitte potentis acute cum
carbombus desolatoris.

Herui michi quia incolatus me
us prolongatus est habitavi cum
habitantibus cedar multum in
cola fuit anima mea.

Quia in his qui oderunt pacem
eram pacificus cum loquebar.

illis impugnabant me gratis. **ps**

Aueraui oculos meos in montes
unde ueniet auxilium michi.

Auxilium meum a dño: qui
fecit celum et terram.

Non det in commotionem pedem
tuum neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dor-
miet qui custodit israel.

Dñs custodit te dñs protectio
tua sup manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te neque
luna per noctem.

Dñs custodit te ab omni malo

custodiat animam tuam dominus
Dñs custodiat introitum tuum
 et exitum tuum ex hoc nunc et
 usq; in seculum. *Psalmus dñi.*

Ietatus sum in hijs que
 dicta sunt michi in domum
 domini ibimus

Stantes erant pedes nostri in
 atris tuis iherusalem

Iherusalem que edificatur ut
 civitas cuius p̄cipacio eius i id ipm̄.

Nunc enim ascenderunt tribus
 tribz dñi testimonium israel ad
 confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio
sedes super domum dauid

Rogate que ad pacem sunt iherusalem
et habundantia diligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua et ha-
bundantia in turribus tuis

Propter fratres meos et proxi-
mos meos loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei nostri
quesiui bona tibi. *antiphona.*

Quando natus es ineffabiliter ex maria uir-
gine tunc implete sunt scripture sicut pluuia
in ueluis descendisti ut saluum faceres genus hu-
manum te laudamus deus noster. *Capitulum.*

109.
Paradisi porta per euam
aunctis clausa est per bea
tam mariam uirginem iterum
pate facta est. **Deo gratias. Vnus**
Specie tua et pulchritudine tua. **R. Intē**
de prospere procede et regna. **S**pecie tua. et
Gloria p̄i. **S**pecie. **V. Adiuuabit eam**
deus uultu suo **R. Deus in medio eius nō**
commouebitur. **D**ne exaudi. **E**t clamor.

Deus qui apostolis tuis san
dedisti sp̄m concede plebi
tue pie petitionis effectum ut qui
bus dedisti fidem largiaris et pa
cem. **¶ Per. Alia oratio**



Do tege domine famulos
tuos subsidis pacis et bea
te marie semper uirginis patroci
nis confidentes a iunctis hostibz
redde securus. *ORATIO*

Eccliam tuam .ut s. *Ad vi.*

Deus adiutoriu
meum intende.

Domine ad ad
iuuandum me festina.

Gloria p̄i Alleluia.

Quem creator. *R.* Rubi quem p̄

Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis.



111
Ecce sicut oculi seruatorum: in
manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manibus
domine sue ita oculi nostri ad dominum deum
nostrum donec misereatur nostri.

Misereatur nostri domine misereatur nostri
